

Band XI., Nr. 4975, Seite 26

Albert von Löwenstein (Lewenstein) *Domscholaster und Archidiakon zu Würzburg und Propst zu Mosbach* (Mosebacensis) *trifft in seinem Testament* anno domini MCC nonagesimo VII., feria quarta proxima ante dominicam Invocavit *unter anderem folgende Bestimmungen*: item [lego] capelle in curia Crutheim decem libras Hallensium, ut sibi cum eisdem redditus annui unius libre Hallensium comparentur, ita quod – – perpetua mee anime memoria habeatur. – – Item lego Alberto de Wolfelden equum meum. – – Item Alberto dicto de Lewenstein famulo meo quinque libras Hallensium. – – Item lego Alberto de Ebersberg filio sororis mee concanonicum meo curiam meam claustralem Kulenberg et oblationem meam hereditariam Otelvingen¹, ita quod solvat ipse exinde seu suppleat defectum si quis fuerit in solutione debitorum et legatorum de quibus superius est premissum. Item lego eidem Alberto meos lectos et lectisternia. Quodsi eundem Albertum infra decem annos nunc proximos decedere contigerit, volo quod extunc dicta curia Kulenberg ad – Cunradum de Nideke concanonicum et consanguineum meum libere devolvatur, ita sane quod ipsius curia Crutheim vendatur quando carius vendi poterit pretiumque exinde receptum in constitutionem vicarie in choro ecclesie Herbipolensis pro remedio anime mee integraliter conferatur. Quodsi idem Cunradus curiam suam sibi reservare voluerit ipsamque vendi noluerit extunc ipsa curia Kulenberg est vendenda pretiumque in vicariam modo qui premittitur convertendum. Collationem quoque dicte vicarie prout beneficium postulat et requirit committo et trado scolastico Herbipolensi qui pro tempore fuerit. – – Volo etiam et statuo, quod curia mea Schonental post decessum Cunradi de Maguntia vicarii chori Herbipolensis vendatur pretiumque ex venditione receptum vicarie supradicte in subsidium tribuatur. Item lego vasa mea argentea – – magno cypho argenteo dumtaxat excepto quem [lego] Kunnegundi sorori monasterii in Clara Stella germane mee dilecte cui etiam committo omnia bona mea reposita in civitate Hallis, Sindingen, Widerin et claustro Schonentayl, ut de ipsis faciat in conscientia sua, prout eidem commisi viva voce, quidquid anime mee noverit salubrius expedire.

 Siegler: Der Aussteller (sigillorum meorum munimine).

 Datum et actum ut supra.

Ohne Ortsangabe, 1297. Februar 27.

Nach Liber copiarum A (Corpus regulae seu kalendarium domus S. Kiliani Wirceburgensis), S. 154 f.

¹Edelfingen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Würzburg

Signatur/Titel des Originals:

Standbuch 5, fol. 81 v - 82 r

Editionen:

Durch Wegel in: Abhandlungen Königlich-Bayerische Akademie der Wissenschaften, Bd. 13, 3, 1877, S. 105. Teildruck KARL WELLER (HRSG.): Hohenlohisches Urkundenbuch, im Auftrag des Gesamthausess der Fürsten zu Hohenlohe, 3 Bde., Stuttgart 1899-1912, Bd. 1, S. 441, Nr. 615.

Regesten:

UB Mosbach, S. 19, Nr. 28.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Albert; von Löwenstein, Domscholaster und Archidiakon zu Würzburg

Ortsindex:

Ebersberg Wohnplatz (1296)
 Ebersberg, Auenwald, WN
 Edelfingen Wohnplatz (3647)
 Edelfingen, Bad Mergentheim, TBB
 Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)
 Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN
 Krautheim Wohnplatz (2421)
 Krautheim, KÜN
 Löwenstein Wohnplatz (2065)
 Löwenstein, HN
 Mainz, MZ
 Mosbach Wohnplatz (6089)
 Mosbach, MOS
 Neudeck Wohnplatz (2340)
 Neudeck, Langenbrettach, HN
 Schloß Ebersberg, Auenwald, WN
 Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
 Schwäbisch Hall, SHA
 Sindringen Wohnplatz (2392)
 Sindringen, Forchtenberg, KÜN
 Widdern Wohnplatz (2249)
 Widdern, HN
 Wolfsölden Wohnplatz (875)
 Wolfsölden, Afalterbach, LB
 Würzburg, WÜ